



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Incipiens ab exordio Imperij Arcadij & Honorij Augustorum, Anno Domini
CCC. XCV. perueniens vsque ad CCCC. XL. continet annos XLV. ita
dispositus, vt commodè sextus tomus à S. Leone Magno Pontifice Maximo
inchoetur

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 408. Innocentii Pap. Annus 7. Honor. 14. Theod. 1.
Impp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14566

passos habent, sed plane corrigenda in eo, dum VVandalos Paganos fuisse tradunt, quos liquet fuisse Christianos.

XLIII. DE TEMPORIBUS IN GALIIS.

Quod autem ita afflictas memorat Gallias, & eadem mala extimescentes Hispanias Sancti Hieronymus tradat: plane hoc ipso anno fe cam scripsisse epistolam, haud obsecrare demonstrat. Siquidem hic ipse est annus, quo, ex sententia Zosimi & aliorum, quae dicta sunt, in Gallias acciderunt, quando & VVandali cum Alanis iam cogitabant Hispanias. Quod etiam confirmatur ex iis, quae idem Hieronymus subdit his verbis: *Olim à mari Pontico vsque ad Alpes Iulias non erant nostra, quae nostra sunt: & per annos triginta, fractis Danubii limite, in medijs Romani Imperii regionibus pugnabatur. Avocant prae vetustate lacrymas: prater pauca senes, omnes in captivitate & obfisione generati non desiderabant, quem non moverant, libertatem. Cum igitur ita S. Hieronymus triginta numeret annos ex barbarorum irruptione, facta (vt q' loco ex Ammiano à superius dictum est) Valente quintum Consule cum Valentiniano Iunioris, anno Domini trecentesimo septuagesimo sexto, vsq; ad tempus eius ab ipso scriptae epistolae, plane hoc anno eam datam fuisse apparet.*

à Ammian. lib. 31.

XLIV. STILICHONI ROMANI IMPERII PRODI TOR.

Sed & haec cuncta facta esse Stilichonis prodicione, praeter illa quae dicta sunt, haec ex eodem S. Hieronymo auctore accipe: *Quis (inquit) hoc crederet? quae digno sermone historia comprehendent? Romam in gremio suo, non pro gloria, sed pro salute pugnare? immo ne pugnare quidem, sed auro, & cuncta suppellestiles vitaym retinere? alludit ista dicens sanctus Hieronymus ad summam auri à Romanis opera Stilichonis Alarico perfolutam, sed pergit: Quod non vitio Principum, qui vel religiosissimi sunt, sed scelere senubarbari acuti proditoris, nempe Stilichonis, qui nostris conerit, nos opibus armavit inimicos, dum scilicet suavitati dari barbaris (vt dicemus anno sequenti) à Romanis stipendium. Et inferius idem post deploratum praesentem Imperij statum, ista ad eundem Stilichonem alludens subdit: Et haec ipse, quae dixi, periculosa sunt tam loquentibus, quam audientibus, vt ne gemitus quidem liber sit, non timoribus, immo nec audentibus nobis flere quae patimur. haec ipse, plane significans minime licuisse, timore Stilichonis habenas Imperij moderantem publicas lugere miscris. Sed quomodo vindet tandem sequenti anno Olympius vir maxime pius insurrexerit, ipsumque Stilichonem occidendum curarit, dicemus anno sequenti.*

XLV. de Rutilio, lib. 2.

Ne putet autem alium aliquid quam Stilichonem, S. Hieronymum illis verbis infumalasse, audi quid de eodem Rutilius & cecinit:

*Quo magis est facinus diri Stilichonis acerbum,
Proditur arcadi qui fuit Imperii.
Romano generi dum natus esse iuperstes,
Cruentus summus miscuit ista furor.
Dumq; timeret quicquid se fecerat ipse timeri,
Immisit Latiae verbari a tela neci,
Visceribus nudis armatum condidit hostem,
Illata cladis liberiorq; solo.
Ipsa satellitibus pellerit Roma patebat.
Et captiva prius quam caperetur, erat.*

XLVI. de Saluano, de vero iudicio lib. 6.

haec Rutilius, & alia, quae subdit aperte absq; verborum inuolacro de Stilichone proditore, de quo adhuc viuentis hoc anno, quo S. Hieronymus eam scribebat epistolam, ne secreto quidem fari absq; metu licebat.

à Rutil. lib. 2.

Sed quod ad Galliarum cladem pertinet, consentientique sancto Hieronymo Saluianus, vbi ait: *Non enim hoc agitur tam in Magnantiensi civitate, quae iam excisa & deleta est: non enim Agrippina, sed quia hostibus plena non agitur Trensororum vrbe excellentissima, sed quia quadrupliciensione est profstrata. & c. Quin & ipsam quoque tandem Tolosam captam à barbaris, deplorat Rutilius, vbi agit de suo Victorino Tolosano di:*
*Victorinus enim, nostra pari maxima mentis,
Congressu explevit matris vota suo:
Errantem Tuscum consilique compulsi agris,
Excilere externos capta Tolosa laevi.*

haec Rutilius: qui & ipse isdem barbaricis bellis coactus è Gallia patrio solo fugere, reuersurus tandem per mare nauigans, Itinerarium illud suum metro cecinit. Eiectos autem fuisse Romanos magistratus à Gallis ipsis in barbaros arma lumentibus, testatur Zosimus e. Sed Saluianus luget suos Gallos (quod deterius est) hinc flagellis hinc moribus emendatos; verum deterioris redditos esse, haec autem ipsum fufius scribentem tu ipse consule. Nos vero iam ad animi sequentes res gestas enarrandas progrediamur.

IESV CHRISTI

Annus 408.

INNOCENTII PAP. HONOR. 14. ANNO 7. THEOD. I. IMP.

ANNO à Christo nato quadringentesimo octavo. Basilio & Philippo Conf. Kal. Maii. Arcadius Imperatori offensi nimis indignationem ob Ioannis Chrylostomi persecutionem expertus, ex hac vita morbo subripitur, prematurè quidem annum tantum aetatis agens trigessimum primum, cum imperasset vna etum patre annos duodecim, post obitum vero patris tredecim, mensis tres, & dies quindecim, restantur haec quidem de tempore obitus Prosper & Marcellinus in Chronicis, nec non Socrates & Reliqui autem post se filios Theodosium, Pulcherum, Arcadium & Marinam.

Quod vero sciret Arcadius, Honorium fratrem sibi esse perinensum, timens ne infidias post suum obitum Theodosio puerulo moliturus esset, eundem Regi Persiarum, quo cum sedes inierat, commendatum reliquit: de quo apud Ioannem diaconum, qui Paulus filio inscribitur, ex Theophane haec habentur g: *Arcadius itaque cum se moreretur, videns Theodosium filium puerulum esse (erat enim annorum etia) considerans, quae ne à quoquam infidus appetatur (hunc imperatorem appellat) ei curatorem per testamentum fore statuit Isidorem Regem Persiarum. Isidorem autem Arcadius testamentum suscepto, paucos sine iniuncta erga Romanos vsu Theodosio Imperium conseruauit. & Antiochum quendam mirabilem ac rationabilem virum ei curatorem & pedagogum mittens, has Romano Senatus scribit.*

Arcadio dormiente, meoque curatorem filii constitente, quae suppleat locum meum dixit. Ne quis ergo infidias pueri conetur, ne praetium intolerabile contra Romanos exurgat, hactenus epistola subdit his auctor: Antiochus vero cum Constantinopolim venisset, ab Honorio Imperatore libenter susceptus est. legatus hic ad Honorium Romanum à Rege Persiarum etiam missus creditur ad eum cum Theodosio conciliandum, quem sciebat iustis de causis fuisse in Arcadium valde commotum. Postquam vero (inquit Sozomenus h) Arcadium esse mortuum, Honorius commiseratione ductus, quae fratri suum prosequeretur, Constantinopolim reuerti properabat, vt filius profectus constitueret ipsum tum saluti, tum Imperio; nam cum cum filio habere, verebatur, ne quid illi accideret, qui propter immortalem infidum esset expositus. At vero iam tum timere acutillim Honorium Stilicho hortatur, vt in Italia maneret, id plane non assensum esse afferens, quod non quidem tum Arcelatu, Constantinus quidam tyrannidem inuassisset. haec Sozomenus: qui addit, destinatum fuisse Stilichonem cum exercitu mitti in Orientem, sed decrectis eius infidijs, quibus filio Eucherio parabat Imperium, fuisse retentum. Sic igitur factum est, vt cum opere Regis Persiarum, tum Honorii Imperatoris, res Orientalis Imperii in tuto fuerint collocatae, Theodosio puerio insuper (vt Socrates i tradit) accessit Imperii curatorem Anthemius Praefectus. huius autem quantae essent vna cum pura religione virtutes, superius dictum est, cum de ipius egimus Consulatu. Accellit postea ad regnum Impe-

IV. FORVS CENTVM ANNO-RVM CIVICVM PERIS. A. 1200. L. 9. 14. Soc. 17. c. 8. DE MARV-THA EPI-SCOPO LE-GATO AD PERSAS.

Imperii maior nati foror Pulcheria, cum grandioris etatis effecta est, quam tempore obitus patris Arcadij nonnullanorum fuisse etatis decem, Marcellino auctore liquet.

Quod vero ad Persarum Regem pertinet Idederem; ad eum annorum spatium tantum fuisse sedus inter ipsam atque Romanos. Sezomienus atradit. Ex quo quidem non id tantum factum est, ut securitati Imperij bene prospectum esset, sed et propaganda in Perside fides iam aperta fuerit. Nam Socrates a eodem inquit tempore Christiana religio forte in Perside vehementer amplificata est talis de causa. Inter Romanos et Persas crebri legati mittuntur, varisque mutantur causa; curant in sequentes alteri ad alteros obsequant legationes. Itaque id tempore necessitas postulabat, ut Maruthas Episcopus Mesopotamie de quo paulo ante facta est mentio, ab Imperatore Romano ad Regem Persarum mitteretur. Rex quoniam eum virum pietate singulari praeditum esse animadvertit, in magno honore habuit, et tanquam homini re veri divino animi capta attendere. haec Socrates. Sed de Marutha in memoriam revocanda, hunc ipsum fuisse Constantino, cum conatus ille ad Quercum contra Chrysothomum habitus est, qui quod novus esset homo, ab aduersariis Ioannis Chrysothomi in eandem Synodum, quae ipse habebat pietatis abductus est, sed damno sane ipsorum: nam Cyrini pedem neficiens calcans, ex eo miser ille (vt dictum est) infeliciter consumptus obiit. Hunc postea pro S. Ioanne Chrysothomo stetit, eius litterae ad Olympiadem haud obscure significant: per quem ipsum Chrysothomum libere exilii esset, Persarum conversione tentasse, certum est, nam in epistola ad Olympiadem ita de eo: Marutham Episcopum quantum in te fuerit, curare atque omnibus officiis complecti ne desinas, vt eum et haec libro extrahas (passus fortasse carcerem fuit ob communicationem cum ipso Chrysothomo) nam eius opera ad Persas negotia magno opere ego. Atq; si a te fieri potest, ex eo intellige, quidnam illi in ista studio atq; opera persicium sit, et cur illuc profectus sit, fac sciam: Et cum id duas epistolas, quas ad eum misi, reddideris, fac me velim certiorum. Quod si scribere grauerit: saltem quid illi profectum sit, tibi exponat, et nunquid vniuersum eodem profectus sit, praestiturus sit. nam ego hanc de causa ipsam conuincere studebam. haec Chrysothomus de Marutha; quibus intelligas per eum conuersionem Persarum ipsam Chrysothomum iam procurare caepisse, quomodo autem res bene cesserit, Socrates superioribus ista subdit: Quae res nempe studium Regis Persarum erga Marutham, animo Magorum, qui apud Regem multum valere solent, admodum irritant. Nam inuenerant nonnulli, haec Marutha fuisse Rex Christi fidem accipere. Et tunc diuini capitis illius dolorem, quem Magi curare non poterant, Marutha praecum subsidio curauit. Proinde Magi fallaciam, qua Regem indignant, excogitant. At quoniam Persa ignem pro Deo colunt, et Rex quidem ipsi ignem perpetuo ardentem in domo quadam venerari solet, subter terram hominem abdit, eumque tempore, quo Rex precor facere consueuerat, has voces emittere facunt: Regem et regno exturbandum esse, impii enim propterea agere, quod sacerdotum Christianorum diuinum existimabatur. Quae cum Idederes audiuisset, hoc eum Regi nomen fuit rursus Marutham reuerberatur, tamen ob eam causam ab se amandare constituit.

Tum Maruthas homo veri diuini, in precibus se penitus desinit: vnde fallaciam et dolose Magorum plane deprehendit. Itaque sic Regem alloquitur: Ne illudaris, O Rex, sed domum ingrediere: ac cum vocem audieris, terra desissa, dolum facile deprehendes: nam ignis non loquitur, sed hoc se machinam quadam ab hominibus ad eum non comparata. Marutha Rex moxem gerit in domum, vbi ignis perpetuo ardebat, denique ingreditur: simulque vocem iterum audit, terram iubet desidi. Ita qui vocem illam, quae a Deo edisputabat, emisit, deprehensus est. Quocirca Rex ita admodum excaecatus, decimum quenuque ex genere Magorum capite obrucit, et mandata. Quo facto dixit Marutha, vt videret, Ecclesiam edificandas curaret. Haec de causa religio Christiana apud Persas vehementer creuit. Tum Maruthas decolens ex Perside, Constantino conuoluit. Exiguo tempore post in Persidem legatione obitu de causa reuenerit. Magi alia de integro fallaciam excogitant, quoniam Regis animam ab eo amplexando antecederent. Malum quemdam odorem dedit, opera comparatum in loco quodam, ad quem Rex solet

accelere, diffidens curant, eumque diffidens esse a Christianis, falso criminantur.

Verum Rex, qui Magos iam dudum habuerat suspectos, vbi illius facinoris auctores diligenter persequisset, perfidie deprehendit eos ipsos. Magos illius malum odorem de industria rursus effugisse: quapropter complures illorum iterum graui multauit supplicio, Marutham per magna obsequia coluit, ac Romanos amare plurimum, eorumque amicitiam magno opere amplecti cepit: parumque absuit, quin cum Marutha vna cum Ablato Perside Episcopo aliud certum specimen fidei Christianae palam edidisset (vigiis enim et precibus ambo scilicet vacantes, de illorum, quo Rex filius agitabatur, expulerunt) Christianus factus fuisset: verum mox ante eum oppressus, quam plene Christianus euaderet, quo mortuo, filius eius Baranes regno potitus est: cuius temporibus (sicut et me dicitur paulo inferni) sedulo inter Romanos et Persas violata fuisse, haec Socrates. Porto Maruthas magne sanctitudinis nomine gloriosus ex hac tandem vita ad D. N. M. de perfunditis honeste laboribus praemia recepturus, abiecit: cuius quidem inigne redditum nomen tam Graecis quam Latinis publice notis et inter sanctos receptum annuiteraria memoria in Ecclesia perseuerat. Sic se habere res Orientis.

Ceterum res Occidentalis Imperij Stilichonis infidus admodum turbatae sunt: qui enim pluribus annis occultat in animo proditionem Imperij, et aliquid in interdu signis patefecisset, iam aperta luce, totoque (vt dicitur) caelo, proditor Honorij Imperatoris apparuit, atque meritas penas luit. Haec autem quomodo se habuerint, antiquorum scriptorum sunt testificatione prodenda. Atque primum illud, prodigiose nimis proditionem Stilichonis bruta quoque elementis testantur, immo et clamare visa esse: etenim Marcellinus in Chronico sub huius anni Consularibus haec ait: Roma in Foro Pacis per dies septem, terra inuoluta dedit. Sed iam proditionis Stilichonis reuolutam inuolutam. Interuebat Alaricus Gothorum Rex studiis Stilichonis quo cum pluribus praелиs sepe conuulserat, nam cum eum obtinere facillime potuisset, et iam (vt dictum est) superius obtinisset, eundem apud Pollentiam liberum abire iussit, eundemque quasi pro Romano militatum Imperio publicis stipendijs aluit, ea specie, quasi eo vltus ia esset ad inuadendam ditonem Arcadij Imperatoris. At quid tandem accidit? dicemus summatim in primis ex Paulo Orosio, qui sui temporis res gestas sincere perstrinxit, cum illatam cladem per Stilichonem in Romanum Imperium ita breuiter enarrat.

Interea Comes Stilicho, Vandalorum imbellis, auarus, perfida et dolose gentis genere editus, participans quod sub imperatore imperabat, Eucherium suum suum, sicut a plerisque traditur, iam inde Christianorum persecutionum a paucis priuatoque meditante, in Imperio quoquo modo subsistere prebatur. Quamobrem Alaricum, cum illaque Gothorum gentem pro pace optima et quibusdamque seclibus suppliciter ac simpliciter orantem, occulto sedere fouens, publice auro et belli et pacis copia negata, ad terrendam terrendamque Rempublicam referri iussit. Praeterea gentes alias copii viribus, intolera abiles, quibus nunc Galliarum Hispaniarumque promissa praecurant, hos est, Alatorum, Sueuorum, Vandalorum, ipsos simul voca impalorum Burgundionum vitro in arma sollicitans, detorso cinel Romanum nomen metu, suscitauit eos interim ripas Rheni quater, et pulsare Gallias voluit, sperans miser sub hac necessitate circumstantia, qua et extorquer Imperium a genere posset in filium, et gentes barbara, tam facile comprimi, quam commoueri valerent.

Itaque vbi Imperatori Honorio, exercitumque Romano haec tantum scelerum scena patefacta est, commoto insigni exercitu accisus est Stilicho, qui vt vnum pacem pauporum induceret, ratus genui huius sanguinem dedit. Occisus est et Eucherius, qui ad conciliandum sui fauorem Paganorum, restitutione templorum, et euestione Ecclesiarum imbutum se regni promissa minabatur, paucique cum videri satellites tantarum molitionum puniri iussit. Ita minimo negotio paucorum pena, Ecclesia Christi cum Imperatore religio et liberata sunt, et vindicata. huculque Orosius, rem gestam breui comprehendit perstringens, potius quam hilitico more describens.

VI.

c. Martyr. Rom. die 4. Decemb.

VII. OCCIDENTALIS IMPERII.

FRON. lib. 7. cap. 18.

VIII. MOLITIONES STYLICHONIS ADVERSUS ROMANUM IMPERVM.

IX.

V. A. MARY-THA MAGORVM IMPOSTV-RA DETECTA.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

X.
AVROPAX
REDEM-
PTA.

At nos que hinc inde à diversis mutati sumus anti-
quis auctoribus, suo ordine recensēbimus: atque illud in
primis, quod habet Zosimus, Alaricum legatū misisse ad
Stilichonem, quibus stipēdia suis militibus petiit ob mo-
ras in Epiro contractis, cum expectaret mitti in Oriētem.
Cum Stilicho consulurus ea de re Honorium Imp. Ro-
mam concessit. Honorius vero in Palatium convocato
Senatu, quid agendum, rogat Patrum sententias, nūq. pec-
unia illi danda, vel bello aduersus eundem Alaricum de-
cernendum. Egit Stilicho in Senatu pro Alarico: ex cuius
sententia eidem decreta sunt pro redemptione pacis qua-
tuor millia librarum auri, resistente tamen Lampadio V.
C. qui patriā libertate illud in faciem Stilichonis obiecit,
dicens: Non est ista pax, sed pallio ferentis. Qui simulac
Senatus dimissus est, veritus eius potentiam, in proximam
Ecclesiam Christianorum confugit. Cum postea, nonnul-
lis inter hæc agnatis, Olympius in Stilichonem, eeu pro-
ditorem Imperij animum Honorij Imperatoris commo-
uit: eiusque opera factum est, vt focium magistratus Sti-
lichoni studiosos commoti, in singulos irruentes, eos
occiderent. Sed & Stilicho, cuius præcipue vita appeteba-
tur, cum se Raennam vna cum suis barbaris satellitibus
contulisset, rebellante Saro barbarorum duce, occisusque
ab eo satellitibus Stilichonis, ipse sibi timens, in tempe-
ste nocte ad Ecclesiam confugit. Hic obserua, quantum dela-
tum fuerit Ecclesiasticæ immunitati, cum licet perduellis
Imperi & proditor Imperatoris ac perditor Orbis in Ec-
clesia sibi confugium parauiſset, nullus tamen eum inde
vi abstrahere ausus est. At necdum lata esse potuit
tunc lex illa Honorij pro Ecclesiasticæ immunitate
de confugientibus ad Ecclesiam, anno superiori à no-
bis recitata, vbi & correctum est, in eam illa-
plum, demonstratumque non ante sequentem annum po-
tuisse esse sanctam sub tertio Theodosij consuluatu cum
Honorio tertio. Sed & accidit quidem congrue, sicut de
Eutropio dictum est, vt qui violare ius, Ecclesie tempor-
S. Ambrosij Stilicho non est veritus, idem ipse necessitate
compulsus confugerit ad Ecclesiam, & eius pariter Ecclesie
imploretur. Ita Deus superbos in res sacras cornua erigen-
tes deprimere consuevit.

XI.

a Z. sim. l. 5.

Sed quomodo qui non vi est ab Ecclesia ausus, dolo
tamen passus est sponte se inde deduci, accipere. Vbi autem il-
licet dies (subdit hic Zosimus a) ingressi sunt milites Ecclesi-
am. & Episcopo præſente, sacra mensa ei ipse facta non imperatum
esse sibi à Principe, vt eum necarent, sed tantum vt custodirent:
quam primò egressus ex Ecclesia sub custodia militum esse cepisset,
altera q. Honorio Imperatore reddebantur ab eo, qui priores attru-
lerat, litteræ, quibus in litteris Stilichonis in Republicam delictu
pauca capitis irrogabatur. Sic itaque ductus Stilicho, capite
truncatus est ab Heracliano, hoc anno sub Consulatu Bas-
ilii & Philippo, decimo Kal. Septembris, cum inter hæc
Eucherius Stilichonis filius fuga lapsus, Romanæ se contu-
lit, cuius occisio, necnon Serenæ matris & aliorum anno
sequenti contigit, quo nos de iisdem acturi sumus. Hæc
omnia ex Zosimo b, quod ex alio, qui ita prolixè res ge-
stas fuerint prosecutus, accipere minime liceret: quem sci-
mus priuatis studentem affectibus, pro animi sententia res
interuertere, dum quem omnes perduellum ac prodito-
rem Imperij Stilichonem fugillant ac damnant, ipse lau-
dibus prædicat; contra vero Olympium pietate inli-
gnem virum, vindicem diuturnæ proditoris & prodito-
ris, hypocritis infamat; dum de eo sic orsus est dicere:
Olympius orandus è Ponto Euxino, splendida quondam in prætorio
militia donatus, qui sub specie Christianæ religionis magnam intra
se malitiam tegeret, atque hominem se ipse simulans, cum
Principe colloqui frequenter solebat, &c. sed quid boni de quo-
tis Christiano inquam locutus est Zosimus; Cæterum sci-
mus Olympium hunc à sancto Augustino (duab. ad eum
datis epistolis (de quibus proxime dicturi sumus) misisse
predicari, cum & ipse eundem Augustinum vt parentem
coleret, quem longe positum litterarum internuntio sa-
lutaret.

XII.

At de his summam agēs Marcellinus Comes in Chro-

nico, eiusmodi elogio Stilichonis extrema perfolant: Stilich-
cho Comes (cuius diuina Maria & Thermoia, singule vixere
Honorij Principi fuerē, vtraque tamen virgo desinca) spere Ho-
norij regno, regnum indiani, Alaricum, Suerorum, Vandalarumq.
gentes donis pecuniisque illuctis contra Honorij Imperium excitauit.
Eucherium filium suum Pagamini, & aduersus Christianos infideli-
molitorem cupiens Caesarem ordinare, cum eodem Eucherio,
dolo suo detecto, occisus est. hæc ipse: id etiam & post O-
rosium nuper recensitum reliqui omnes. Optime igitur
consultum est CHRISTI Ecclesie necesse Stilichonis,
cuius proditorie, in Ethnicum hominem, persecutionem
iam adornantem, Imperium Romanum defendendum
esset: quod ne quando heret, oportune antecurrere
conatus est dux Christianus Olympius, zelo æstans pi-
etatis.

Sublatis iam de medio Stilichone, atque eius satellitibus
magistratibus insignitis, Honorius Imperator
complures ad hæc spectantes hoc anno contra ipsos
proscriptos perduelles Imperij edidit sanctiones, quas
singulas ad rerum gestarum cognitionem spectantes
nos hic seruatō ordine temporum describēbimus, earum
prima est illa data vigesima quarta Septembris, his ver-
bis d.

Si quis ex proscriptorum numero Comitatum nostræ serenita-
tis, siue membra eterne Viri intraverit, deportatione pluetur: Dat.
X. Kalend. Octobris, Basilio & Philippo Cons. Post biduum vero ita
de bonis proscriptorum ad Theodorum Præfectum Prætorio e:

Proscriptorum, satellitumque fortunata Accario nostro inuenim
accidere. Ideoque per agros, per curia domicia titulum nostre ser-
nitati assignari præcipimus. Quicquid sane ab eorum procuratoribus ex
prædiorum fructibus congregatum est, largitionibus nostris primum
copuletur, ne si in nostra, in dissimulatione neglexerint, aut colu-
do prætorij erunt, supplicium exili pariter & proscriptio subi-
neant. Dat. 8. Kal. Octobris, Basilio & Philippo Cons. Mensis autē
Octobris ad eundem Præfectum Prætorio Theodorum
hæc de bonis Stilichonis f:

Qui in facultate Stilichonis & actus videtur esse versari, vel
ex istis facultatibus aliquid subtraxisse, vel aliquid rapuisse, com-
missarium reddant. Dat. 8. Kalend. Nouemb. Basilio & Philippo Cons.
Mense vero Nouemb. ita ad eundem de fautoribus Sti-
lichonis g:

Qui in opes prædatorum publico, vel eius filio, æterij, satellitibus
delictum vel iure, vel corpore, quibus ille vsus est ad omnem ditati-
dam inquisitandamque barbarum, his omnem rependi nam in-
temus esse præclusam. Dat. X. Kalend. Decemb. Raucis, Basilio & Philippo
Cons. Mense vero Decembris ita ad eundem Theodorum
Præfectum Prætorio h:

Hostij publici Stilichonis nouum atque infortium repererat, vt li-
tore & portis crebris vallare excubis, ne cuiquam ex Oriente ad
hanc Imperij partem pateret accessus. Huius inquisitæ rei moti, &
ne rarior sit diuisarum inuicem commeatu, præcipimus hæc san-
ctione, vt littorum deserta ac portuum perniciosa custodia, & can-
di, ac reuolenti libera sit facultas. Dat. 4. Idus Decembris, Raucis,
Basilio & Philippo Cons.

Fuit quidem illud in his agendis propositum Stilicho-
nis, vt occuparet milites in littorum ac portuum custodia,
atque penuria graui afflictaret Romanum Occidentis Im-
pium, vt si vndique languerentibus viribus, sibi cum
suis barbaris fœderatis illud inuadendi ac potiundi faci-
bor ausus pateret. Sed & illud quoque ex Senatu consilio
factum in Stilichonem, quod aduersus alios tyrannos
fieri consuevit, nimirum, vt publica quæque atque iurata
monumenta, que in eius honorem fuissent erecta, peni-
tus dilicerentur, vnde eidem dicaris stans exturbatis, fi-
tulis appositum eius nomen abrafam fuit: quod quidem
pluribus exemplis antiquæ eiusdem Stilichonis docent
inſcriptiones, que adhuc extant, & expuncto leguntur no-
minē, Stilichonis.

Qui hæc omnia in odium Stilichonis & Eucherij filij
statuit Honorius Imperator, idem eos, qui ipsos tyrannos
inſecuti essent, beneficiis afficiēdos curauit. Etenim in te-
ræorem Stilichonis Heraclianū Præfectura Africa pro-

STILICHO
RAVEN-
NÆ OCCI-
DITVR

b Z. sim. l. 5.

OLYMPIUS
DVX INI-
QUE CAR-
PITYRA
ZOSIMO.

c Aug. ep.
114. 119.

XII.

STILICHO
NIS MO-
TE RE-
CONS-
VME-
GLEAE.

XIII.

STILICHO
NIS MO-
TE RE-
CONS-
VME-
GLEAE.

XIV.

XV.

XVI.

XVII.

XVIII.

XIX.

XX.

XXI.

XXII.

XXIII.

XXIV.

XXV.

XXVI.

XXVII.

XXVIII.

XXIX.

XXX.

vincit donavit, & Olympium, quem diximus totius operis architectum, Magistru Officiorum creavit, hoc quidem omnia Zosimus. Porro idem Honorius Imperator Palatium reparavit exiis, quos fidei Catholica aduersarius in eo Stilicho poluerat aulicos, ita ad eundem Olympium ea dignitate praeditum, necnon ad Valentinum Comitem Domesticonum rescribens hoc anno mense Nouembriis.

Est, qui Catholice fidei sunt inimici, intra Palatium militare prohibemus. Nullus nobis sit aliqua ratione conuictus, qui a nobis fide & religione distat. Dat. XIII. Kal. Decemb. Ravennae. Basilio, & Philippo Coss.

XVII. Ad Augustus est sanctus Augustinus de noua dignitate collata Olympio, duabus ad eum hoc anno datis epistolis b, cum de eius Magistratu nuncium perlatum esset in Numidiam: quibus eidem Bonifacii Episcopi Cataquensis causam commendat. Ad posteriores scribedas litteras longae grauior impulit cum causa: illa nimirum, quod post obitum Stilichonis in Africa Gentiles & Donatistas habuere tumore lactarent, latus contra te leges nequaquam ex voluntate extitisse Honorii Imperatoris, sed opera Stilichonis: & quasi eandem auctoritas in eam ipso Stilichone esset extincta, in Catholicos infurere, atque nonnullos etiam Episcopos necauerit. Cuius enormis sceleris causa conueniens Episcopi Carthagine mense Octobris, legationem aduersus Paganos atque hereticos ad Honorium Imperatorem decreuit, cuius quidem Concilii atque decreti eiusmodi tantummodo extat monumentum intextum Concilio Africano his verbis:

Basilio & Philippo viris clarissimi Coss. tertio Idus Octobris Carthagine. In hoc Concilio susceperunt legationem Rescriptum & Florentinus Episcopi contra Paganos & hereticos, eo tempore, quo Scaurus & Marcius occisi sunt, & prope eorum caesum Evodius & Theodorus & Victor Episcopi ceteri sunt, huiusmodi cum aliis antea eisdem mense Iunii sub illidem Conciliis item Carthagine congregati Episcopi eadem ex causa contra eosdem simulantes ad Imperatorem legatum mississent Fortunianum Episcopum.

At redenda hic sunt littera Augustini ad eundem Olympium, quae de turbis his concitatis hoc anno in Africa, & legatis missis ad Imperatorem narrationem habent intextum, & alia, quae Annalibus plurimum conferunt, sunt huiusmodi.

Domino excusio & merito praestantissimo, multumque in Christi charitate honorando filio Olympio Augustinus in Domino S.

Quamuis mox ut audivimus te merito sublimatum, cum ipsa forma nondum nobis certissima esset, nihil aliud de animo tuo credidimus, erga Ecclesiam Dei, cuius te veraciter filium esse gaudemus, quem quod tuis litteris max aperuisti: tamen illi lectu, quibus vltro dignatus es, etiam si pagis & conciliis essent, exhortationem beneuolentissimam mittece, vi instruite humilitate nostra, per religiofam obedientiam tuam Dominus, cuius munere tuus es, Ecclesia tua tam tamque subueniat, in uigore saluata tibi scribimus, domine excusio & merito praestantissime, multumque in Christi charitate honorande su.

Et fratres quidem multi sancti college mei, grauius Ecclesia peruersata, profecti sunt peni sequentes ad gloriosissimum Comitatum: quos sine uari uideri, sine litteris eorum ab vna Romana opperuntur in cuiusdam occasione acciperis: ego tamen licet nullum consilium eum cu communicare potuerim, non potui praetermittere per hunc fratrem & comprehensorem meum, qui vigente necessitate pro salute eius sui, etiam media hinc, quomodo ad illas partes venire compellit, & saluare, & aduocare charitatem tuam, quam habes in Christo Iesu Domino nostro, ut opus tuum bonum diligentiissima acceleret instantia: quo nouerint inimici Ecclesiae, leges illas, quae de idolis conueniunt, & hereticis corrigenda, vno Stilichone, in Africam missa sunt, ex voluntate Imperatoris pmissis & fidelissimi consilii ac: quo ne sciente vel nolente, factum, sine dolose iactant, sine libenter putant, atque hinc animos imperatorum tuos ualentissimos reddunt, nobisque periculis ac reuoluerit infestis.

Hoc autem, quod petendo vel suggerendo admoeno praestantissimum, non duto omnium per Africam collegarum meorum fieri voluntate: arbitrorque quatuordecim exorta occasione facillime possit ac debere maturari: ut nouerint (sicut dixi) homines uari, quorum & aduersantiam salutem requirimus, leges, quae pro Christi Ecclesia missa sunt magis Theodosii filium, quam Stilichonem curare mittendas. Propterea quippe memoratus presbyter horum perlati, cum de regione sit Misitana, ab Episcopo suo, venerabili fratre meo Scuro, qui tuam mecum sincerissimam dilectionem multum salutat, per Hipponeum Regium, ubi ego sum, transire iussus est: quia cum forte simul essemus in magno Ecclesiae tribulationibus & perturbationibus, querebamus occasionem scribendi ad eximietatem tuam, & non inueniebamus.

Lam quidem vnam epistolam miseram in negotio sancti fratris & collegae mei Bonifacii Episcopi Cataquensis, sed nondum ad vos perueniant gratiora, quae nos vehementius agrarent: quibus comprimendis, vel corrigendis, quemadmodum meliore secundum Christi viam consilio succurratur, commodum Episcopo, qui propterea nauigauerit, cum tanta benignitate tui cordis acturi sunt, qui poterunt communi consilio diligenter deliberatum aliquid ferre, quantum temporis permittat angustia. Illud tamen, quo animam clementissimi & religiosissimi Principis erga Ecclesiam prouincia nouerit, nullo modo esse differendum: sed etiam antequam Episcopi, qui profecti sunt uideat, quam primum tua praestantissima pro CHRISTI membris in tribulatione maxima constituta vigilantia potuerit, accelerandam suggero, peto, obsecro, flagito. Neque enim paruon in his malis solatium Dominus obtulit, quod te uoluit multo amplius posse, quam poterat, quando iam de tuis multis & magnis operibus bonis gaudebamus.

Multum sane de quorundam neque paucorum fide formis & stabilibus gratulamur: qui ex occasione legum ipsarum ad Christianam religionem vel Catholicam pacem conuersi sunt, pro quorum salute sempiterna nos in hac temporali uita etiam periclitari debemus. Propterea enim maxime ab hominibus nimium dureque peruersis nunc munitionum grauius impetus sustinemus, quos nonnulli eorum nobiscum patientissime sustinent: sed plurimum in firmittate metumus, donec discent, & ualent, adiuuante misericordissima gratia Domini, saeculum praesens & hominum diem robore cordis ualentiore contemnere. Communiturum, quod missi fratribus Episcopis si (ut puto) nondum ibi sunt, ab eximietate tu & illis tradatur, cum uenerint. Tantum quippe tui sincerissimi pectoris habemus fiduciam, ut adiuuante Domino Deo nostro, non solum inopertitorem auxilium te relinno, uerum etiam consilia participem, haecenus Augustini epistola ad Olympium Magistrum Officiorum, qua miseratimus Africanae Ecclesiae status anni huius exprimitur.

Natuuit quidem quam diligenter operam Olympius, ut aduersus Donatistas in Africa Honorius Imperator rescriberet, quo significaret, quatenus aduersus Donatistas & alios hereticos, nec non Gentiles statuta essent, id ex sua sententia factum, firmum ratumque in omnibus esse uelle, sunt enim haec rescripti uerba & ad Curtium Praefectum Praetorio.

Omnia, quae in Donatistas (qui & Mourrenses uocantur) Manicheos, sine Priscilianistas, uel in Gentiles a nobis generalium legum auctoritate deacta sunt non solum manere decernimus, uerum in executionem plenissimam effectumque deduci. Ita ut edificia quoque uel horum, uel Catholicorum rituum, quae neque cuius dogmatis noui conuentus habent, Ecclesiae uindictentur. Pars uero, lege proposita, ueluti conuictos retere debet eis, qui Donatistas se confessi fuerint, uel Catholicorum communionem reuoluerint scilicet religionis obtentu, quamuis Christianos esse simulent, &c. Dat. XVII. Kalend. Decemb. Romae, Basilio & Philippo Coss. Quae etiam die speciatim aduersus Gentiles eadem ex causa ita rescriptis idem Honorius Imperator ad eundem Curtium Praefectum Praetorio, prohibens etiam quae Stilicho & eius filius Eucherius homo Paganus cultoribus idolorum indulserant, sic enim sanctio ipsa se habet:

Templorum detrahantur aemula, & rem annonariam * uidentem, expensis deuotissimorum militum proscribuntur. Simulacra, si qua etiam nunc in campis, inique consistunt, & quae alicubi ritu uel ac-

PRATEX-
TUS GEN-
TILIVM
ET HERE-
TICORVM
CONTRA
CATHOLICOS.

XXII.

XXIII.

XXIV.
OLYMPII
PIVM AC
SEDVLVM
OFFICIVM
e. 1. 45. de ha-
ret. C. Theo.
HONORIVS
RVRVM
EXAGI-
TAT HA-
RETICOS
ET GENTI-
LES.
flay, de Pa
sar. C. Theo.

XXV.



ADOLOLA
TRIA RE-
STITVTI
ABOLERI
IVBELVR.

ceperint, vel accipiunt Paganorum, suis sedibus euellantur, cum hoc
repetita scimus sepius sanctione deueram. Aedificia ipsa templo-
rum, que in ciuitatibus, vel in oppidis, vel extra oppida sunt, ad vi-
sum publicam vindicantur, et a locis omnibus destruantur: omniaque
templa in possessionibus nostris ad vsu accommodata transferantur,
domini destruerentur. Non liceat omnino in honorem sacrilegi-
ritus funestioribus locis exercere conuicia, vel quicquam solemnita-
tis agere. Episcopi quoque locorum hoc ipsa prohibendi Ecclesia-
stica manu vitibus faciant. Induces autem viginti librarum
auri pena astringimus, & pari forma Officia eorum si hoc coram
suerint dissimulatione neglecta. Dat. XVII. Kalen. Decembris, Rome,
Basilio & Philippo Coss. Quo etiam anno idem Imperator de
Iudicio Episcoporum rescriptum a dedit, vt ratum firmum
iudicasset, a quorum sententia appellare minime lice-
ret.

a 10. de Epi-
scopis.

XXVI.

Sed non pretereat, quod superiori lege vidimus Hon-
oriam cum Donatistis voluisse exagitari suo rescripto
Caelicolas, quoniam autem hi fuerint, est exquirendum. Men-
tio de Caelicolis est apud sanctum Augustinum in epistola
ad Eleusium & alios, vbi haec ad finem habet b: *Item enim
miseramus ad Maiorem Caelicolarum, quem audieramus non apud
eos baptisum institutum fuisse. & multos illo sacrilegio solu-
xisse, vt cum illo, quantum ipsius temporis patiebantur, angustia ali-
quid loqueremur.* haec ipse ibi an alibi de iisdem Cae-
licolis agat non memini. Existimauit aliquando hos fuisse Chris-
tianos, apostolorum tamen nomine censendos potius, quam
haereticorum. Quod item tamen in Codice Theodosiano,
quam Iustiniano, non sub titulo de Haereticis, sed de Iu-
deis ponantur Caelicole constat eos minime fuisse ex Chris-
tiani haereticos, sed Apostatas. Igitur quantum colligere
fas est ex dicta d Honorii sanctione ad Iouinum Praefectum
Pretorio data illos apparet appellatos esse Caelicolas, qui
ex Christiana fide transierunt ad Iudaismum; ita tamen,
quod cum scirent Iudaicum nomen abominabile cunctis
esse, non Iudaei, sed Caelicole dici potius voluerint, nec
sub Iudaeorum degerent Patriarchis, sed alibi sibi propo-
sitis magistratibus, quos Maiores nominabant, vt ex S. Au-
gustino apparet, nec non rescripto Constantini ad Euagri-
um, vbi ait c: *Haec verba Iudaei & Caelicoli, & Maioribus eorum
& Patriarchis volumus intinere.* Patriarcha enim ibi ad
